



Basium autem figura sic habet:

V N A   B A S I S.



Esto A capitulum basis. B lauaci sinus. C D oris lauaci altitudo cubiti unius semis. Si lauacrum capitulo imponeris, ita ut capitulum condatur in sinum lauaci, patebit oris lauaci supra capitulum, hoc est, ab ea parte qua sinuatur ad accipendum capitulum, cubitum unum in altitudinem E D, cum alioquin pateat unum & dimidium C D, quoniam sinus est di midij cubiti C E. Quod autem dicit, lauaci os undiq. rotundum, ostendit eius latitudinem. Si enim erat eius altitudo unus cubiti semis, latitudo erat dupla, hoc est, trium cubitorum cum esset lauaci os undiq. rotundum, hoc est, dimidij globi figura. Sed ad hos tres latitudinis cubitos accedebat octaua pars unus cubiti, quam altitudini adimebat basis capituli, hoc modo. Sit capituli basis A. Si ab A ad B est unus & dimidius cubitus, à C ad D erunt tres cubiti. Sed basis E A F recta, et ideo detrahitur de lauaci, hoc est circuli circumscriptione, spaciun A G, quod supra in latitudine non detrahitur. Est autem id spaciun pars decimasexta unius cubiti: que supra latitudine ad ultrung.